

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Coloniae Agrippinae, 1622**

Oratio IV.

[urn:nbn:de:bsz:31-116541](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116541)

# ACCUSATIONIS

INC. VERREM LIBER

PRIMVS, QVI DIVI-

natio dicitur,

ORATIO IV.



\* I quis vestrum, Iudices, aut eorum, I  
qui ad sunt, fortè miratur, me qui  
tot annos in causis iudicijsq̄ue  
publicis ita sim versatus, vt defen-  
derim multos, la serim neminem, ubi  
tò nunc mutata voluntate ad accusandum descēde-  
re: is si mei consilij causam rationemq̄ cognouerit,  
vnà & ià quod facio probauit, & in hac causa pro-  
fectò neminem mihi esse prapondū actorem putabit.

\* Cum Quaestor in Sicilia fuissē, iudices, itaq̄, ex ea  
prouincia decessissē, vt Siculis omnibus iucundam  
diuturnamq̄, memoriam Quaesturae, nominisq̄, mei  
velinquerem: factum est, vti cū summū in veteribus  
patronis multis, tū nonnullum etiā in me praesidium  
suis fortunis constitutum esse arbitrarentur. Qui  
nunc populati atque vexati, cuncti ad me publice  
sape venerunt, vt suarum fortunarum omnium  
causam defensionemq̄, susciperem: me saepe esse  
pollicitum, saepe ostendisse dicebant, si quod tempus  
accidisset, quo tempore aliquid à me requirerent,  
commodis eorum me non defuturum. \* venisse 3  
tempus

Exordi:

Narrat

IN VERREM

tempus aiebant, non iam vt commoda sua, sed vt  
 vitam salutemq; totius prouincia defenderem: se-  
 se iam ne deos quidem in suis vrbibus, ad quos con-  
 fugerent, habere: quod eorum simulacra sanctissima  
 C. Verres ex delubris religiosissima sustulisset:  
 quas res luxuries inflagitjs, crudelitas in sup-  
 plicijs, auaritia in rapinis, superbia in contu-  
 melijs efficere potuisset, eas omnes sese hoc vno Pra-  
 tore per triennium pertulisse: rogare & orare, ne il-  
 los supplices aspernarer, quos me in oculum nemi-  
 ni supplices esse oporteret. \* Tuli grauiter & acer-  
 be, Iudices, in eum me locum adductum, vt aut  
 eos homines spes falleret, qui opem à me atque  
 auxilium petissent: aut ego, qui me ad defenden-  
 dos homines ab ineunte adolescentia dedissem,  
 tempore atq; officio coactus ad accusandum tra-  
 ducerer. Dicebam habere eos actorem Q. Caelium,  
 qui praesertim Quaestor in eadem prouincia post  
 me Quaestorem fuisset. quo ego adiumento spera-  
 bam hanc à me molestiam posse dimoueri, id mihi  
 erat aduersarium maximè: nam illi multi à mi-  
 hi hoc facilius remississent, si istum non nossent, aut  
 si iste apud eos Quaestor non fuisset. \* Adductus sum,  
 Iudices, officio, fide, misericordia, multorum hono-  
 rum exemplo, veteri consuetudine, institutoq;  
 maiorum, vt onus hoc laboris atq; officij, non ex  
 meo, sed ex meorum necessariorum tempore mihi  
 suscipiendum putarem. Quo in negotio tamen  
 illa me res Iudices, consolatur, quod haec quae vide-  
 tur esse accusatio mea, non potius accusatio,  
 quae

quam defensio est  
 multo: mori ale  
 Siciliam totam  
 sandus, propend  
 vi, & non omni  
 uandus, descende  
 ne am, iam illu  
 aut hoc à me Sicili  
 culu causat anti  
 ret, & hoc quod fac  
 erer: vt homo singul  
 ve praedatu, cum f  
 salim, sed in deha  
 mademq; ante ocul  
 quem offensus, me  
 quin tandem esset, co  
 posset reprehender  
 numq; fidei, in q  
 prodesse possunt? Quid  
 tim esse debeat? aut  
 tatus esse possit? aut  
 go accommodatum se  
 eueri a prouincia  
 Rom. afflicti, posset,  
 tji sol. vnum quae  
 ordinem Senatorum  
 res se idoneos non  
 iudiciorum severita  
 Rom. interea, tamet  
 latidique affectus

quam defensio est existimanda. Defendo enim multos mortales, multas ciuitates, prouinciam Siciliam totam. Quamobrem si mihi vnus est accusandus, propemodum manere in instituto meo videor, & non omnino a defendendis hominibus subleuandisq; discedere. \* Quod si hanc causam tam idoneam, tam illustrem, tam grauem non haberem, si aut hoc a me Siculi non petissent, aut mihi cum Siculis causata tanta necessitudinis non intercederet, & hoc quod facio, me Reip. causam facere profiterer: vt homo singulari cupiditate, audacia, scelere praditus, cuius furta atq; flagitia non in Sicilia solum, sed in Achaia, Asia, Cilicia, Panphylia, Roma deniq; ante oculos omnium maxima turpissimaque nossemus, me agente in iudicium vocaretur: quis tandem esset, qui meum factum aut consilium posset reprehendere? Quid est, pro Deum hominum fidem, in quo ego Reip. plus hoc tempore prodesse possim? Quid est, quod aut populo Rom grauius esse debeat? aut socijs exterisq; nationibus optatius esse possit? aut saluti fortunisq; omnium magis accomodatum sit? Populata, vexata, funditus euersa prouincia: socij stipendiarijque populi Rom. afflicti, miseri, iam non salutis spem, sed exitij solacium querunt. \* Qui iudicia manere apud ordinem Senatorium volunt, queruntur accusatores se idoneos non habere: qui accusare possunt, iudiciorum seueritatem desiderant. Populus Rom. interea, tamen si multis incommodis difficultatibusque affectus est, tamen nihil aequè in Rep.

IN VERREM.

atq; illam veterem iudiciorum vim gravitatemq;  
 requirit. Iudiciorum desiderio Tribunitia potestas  
 efflagrata est: iudiciorum leuitate ordo quoque  
 alius ad res iudicandas postulatur: Iudicum culpa  
 atque dedecore etiam Censorium nomen, quod  
 asperius ante a populo videri solebat, id nunc pos-  
 citur: id iam populare atque plausible factum est.

\* In hac libidine hominum nocentissimorum, in  
 9 Pop. Rom. quotidiana querimonia, iudiciorum  
 infamia, totius ordinis offensione, cum hoc vnum  
 his tot incommodis remedium esse arbitrarer, vt  
 homines idonei atque integri causam Reip. le-  
 gumq; susciperent: fateor me salutis omnium causa  
 ad eam pariem accessisse Reip. subleuanda, qua  
 maxime laborarer. \* Nunc quoniam quibus rebus  
 adductus ad causam accesserim demonstravi, di-  
 cendum necessario est de contentione nostra, vt  
 in constituendo accusatore, quid sequi possitis, habe-  
 atis. Ego sic intelligo, Iudices, cum de pecunijs re-  
 petundis nomen cuiuspiam deferatur, sicerta-  
 men inter aliquos sit, cui potissimum delatio detur,  
 hac duo in primis spectari oportere: quem maxi-  
 me velint actorem esse ij, quibus facta esse dicantur  
 iniuria, & quem minime velit is, qui eas iniu-  
 ria fecisse arguatur. \* In hac causa, Iudices, tam-  
 en si vtrumq; esse arbitrator perspicuum, tamen de  
 vtroq; dicam, & de eo prius, quod apud vos pluri-  
 mum debet valere, hoc est de voluntate eorum, qui-  
 bus iniuria facta sunt, quorum causa iudicium de  
 pecunijs repetundis est constitutum, Siciliam  
 pro-

*Transfere  
 ad qui de  
 hoc est  
 actor.*

proniam C. Ve  
 esse. Siciliam  
 fana spoliasti  
 veniens: ad me  
 tamiam & in cog  
 sibi per me a robu  
 tunt: me a sen  
 vltorem inuicem  
 me actorem cau  
 Q. Caelii, hoc dices,  
 causam accedere  
 rumq; sociorum vo  
 esse non oportet. S  
 res, cui te inuicem  
 mari vult, Sicul  
 causam in meo tra  
 cium, sed plane  
 quod ita per te reb  
 cause contra illu  
 micum em. factum  
 dieres obicit, per  
 familiariter inuicem  
 inde sunt te et te  
 omnes a me nomi  
 sum, appellat  
 dentia me a manu  
 C. Marcellus: ser  
 lu Marcellus: m  
 maxime vult ut  
 inuicem illa pro

prouinciam C. Verres per triennium depopulatus  
 esse, Siculorum civitates vastasse, domos exinanisse,  
 fana spoliasse dicitur. Ad sunt, queruntur Siculi  
 vniuersi: ad meam fidem, quam habent specta-  
 ram iam & diu cognitam, confugiunt: auxilium  
 sibi per me à vobis atque à Pop. Rom. legibus pe-  
 tunt: me defensorem calamitatum suarum, me  
 vltorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui,  
 me actorem causæ totius esse voluerunt. \* Vtrum,  
 Q. Cæcili, hoc dices, me non Siculorum rogatu ad  
 causam accedere? an optimorum fidelissimo-  
 rumq; sociorum voluntatem apud hos grauem  
 esse non oportere? Si id audebis dicere, quod C. Ver-  
 res, cui te inimicum esse simulas, maxime existi-  
 mari vult, Siculos hoc à me non petisse: primum  
 causam inimicitui subleuabis, de quo non præiudi-  
 cium, sed plane iudicium iam factum putatur:  
 quod ita percrebuit, Siculos omnes actorem sui  
 causæ contra illius iniurias quesisse. \* Hoc si tu ini-  
 micus eius, factum negabis, quod ipse, cui maxime  
 hæc res obstat, negare non audeat, videto ne nimium  
 familiariter inimicitias exercere videare. De-  
 inde sunt testes viri clarissimi nostræ ciuitatis, quos  
 omnes à me nominari non est necesse, eos qui ad-  
 sunt, appellabo, quos si mentirer, testes esse impa-  
 dentia mea minime vellem. Scit is, qui est in consilio,  
 C. Marcellus: scit is, quem adesse video, Cn. Lentu-  
 lus Marcellinus: quorum fide atq; præsidio Siculi  
 maxime vruntur, quod omnino Marcellorum no-  
 mini tota illa prouincia adiuncta est. \* Hi sciunt  
 hoc

IN VERREM

*Tran.*  
 hoc non modo à me peti-  
 tum esse, sed ita sepe, & ita  
 vehementer esse peti-  
 tum, ut aut causa mihi susci-  
 pienda fuerit, aut officium neces-  
 situdinis repudian-  
 dum. Sed quid ego his testi-  
 bus utor? quasi res du-  
 bia aut obscura sit. Ad-  
 sunt homines ex tota pro-  
 uincia nobilissimi, qui prae-  
 sentes vos orant atque obse-  
 crant, Iudices, ut in actore causa  
 sua deligendo, vestrum iudicium  
 à suo iudicio ne discrepet. Om-  
 nium ciuitatum totius Sicilia  
 legationes adsunt, præter  
 duas ciuitates: quarum duarum  
 si adessent, duo crimina vel  
 maxima minuerentur, quae  
 cum his ciuitatibus C. Verri  
 communicata sunt.\*

35 At enim cur à me potissimum  
 hoc praesidium petiuerunt?  
 Si esset dubium, petissent à  
 me praesidium, necne, dicerem  
 cur petissent. Nunc verò, cum  
 id ita perspicuum sit, ut oculis  
 iudicare possitis, nescio cur  
 hoc mihi detrimento esse debeat.  
 si id mihi obijciatur, me  
 potissimum esse delectum.\*

36 verum id mihi non sumo, Iudices, &  
 hoc non modo in oratione  
 mea non pono, sed ne in  
 opinione quidem cuiusquam  
 relinquo, me omnibus patronis  
 esse propositum. Non ita est,  
 sed vnius cuiusque temporis,  
 valetudinis, facultatis ad  
 agendum, ducta ratio est.  
 Mea fuit semper hac in hac  
 re voluntas, & sententia,  
 quocumque ut hoc mallem,  
 de his qui essent idonei,  
 susciperet, quam me: me ut  
 mallem: quam neminem.

37 Reliquum est iam, ut illud  
 queramus, cum hoc  
 confiteri, Siculos à me  
 petisse, ecquid hanc rem,  
 apud vos animosque vestros  
 valere oporteat: ecquid  
 auctoritatis apud vos in  
 suo iure repetundo socij

Pop.

*Pop. Rom. supplicet  
 quo quid ego p  
 bium sit, quin tot a  
 rum causa confit  
 erepti pecunie, cu  
 repetuntur. Hac  
 nam exierunt off  
 quando nunc quid  
 runtamen, si qua  
 nimos consolari pos  
 cuius legis non mo  
 nis: nationibus iam  
 ratur.\* Quis igit  
 arbitratu lege agi  
 ta? Sicilia tota si  
 vet: quod auri, qu  
 rum in meis vrbib  
 in vnaquaque ve  
 urri habui, id mihi  
 stulisti: quo nomine  
 lege repeto. Si ymo  
 possit, hac voce vtr  
 rat, harum rerum  
 bitata est ipsa dele  
 tam impudens vtr  
 sam inuitis y, qu  
 aut aspirate audiat  
 li dicerent, re non  
 quare antea vidi  
 fortissimè defendere,*

*quomodo quid dicitur*  
 Pop. Rom supplices vestri habere debeant. De  
 quo quid ego plura commemorem? quasi vero du-  
 bium sit, quin tot a lex de pecunijs repetundis socio-  
 rum causa constituta sit. \* Nam ciuibus cum sunt  
 erepta pecunia, ciuili ferè actione, & priuato iure <sup>18</sup>  
 repetuntur. Hæc lex socialis est, hoc Ius nation-  
 um exterarum est, hanc habent arcem minus ali-  
 quando nunc quidem munitam, quàm antea: ve-  
 runtamen, si qua reliqua spes est, quæ sociorum a-  
 nimos consolari possit, ea tota in hac lege posita est:  
 cuius legis non modò à Pop. Rom. sed etiam ab vlti-  
 mis nationibus iam pridem seueri custodes requi-  
 runtur. \* Quis igitur est, qui neget oportere eorum <sup>16</sup>  
 arbitrata lege agi, quorum causa lex sit constituta?  
 Sicilia tota si vna voce loqueretur, hoc dice-  
 ret: quod auri, quod argenti, quod ornamentorum  
 in meis vrbibus, sedibus, delubris fuit, quod  
 in vnaquaque re beneficio Senatus Populique Rom.  
 iuris habui, id mihi tu C. Verres eripuisti atque ab-  
 stulisti: quo nomine abs te sestertium milles ex  
 lege repeto. Si vniuersa, vt dixi, prouincia loqui  
 posset, hac voce vteretur. quoniam id non pote-  
 rat, harum rerum auctorem, quem idoneum esse ar-  
 bitrata est, ipsa delegit. In huiusmodi re quisquam  
 tam impudens reperietur, qui ad alienam tan-  
 sam inuitis ijs, quorum negotium est, accedere,  
 aut aspirare audeat? Si tibi, Q. Cæcili, hoc Sici-  
 li dicerent, te non nouimus, nescimus quis sis, nun-  
 quam te antea vidimus, sine nos per eum nostras  
 fortunæ defendere, cuius fides est nobis cognita:



nonne id dicent, quod cuius probare deberent?  
 nunc hoc dicunt: virumque se nosse, alterum se cu-  
 pere defensorem esse fortunarum suarum, alterum  
 21 planè nolle.\* Cur nolunt, etiam si tacerent, satis  
 dicunt. verum non tacent, tamen his inuitissimis  
 te offeres: tamen in aliena causa loquere? tamen  
 eos defendes, qui se ab omnibus desertos potius, quàm  
 abs te defensos esse malunt? tamen his operam tu-  
 am pollicebere, qui te neque velle sua causa, nec si  
 cupias, posse arbitrantur. Cur eorum spem exiguam,  
 reliquarum fortunarum, quam habent in legis  
 & iudicij seueritate positam, vi extorquere cona-  
 ris? cur te interponis inuitissimis his, quibus maxi-  
 mè lex consultum esse vult? cur de quibus in  
 prouincia non optimè es meritus, eos nunc planè  
 fortunis omnibus conaris euertere? cur his non  
 modo persequendi iuris sui, sed etiam deploranda  
 22 calamitatis adimis potestatem? Nam te actore  
 quem eorum affuturum putas? quos intelligis non  
 vt per te alium, sed vt per aliquem te ipsum vli-  
 cantur, laborare? At enim solum id est, vt me Si-  
 culi maximè velint: alterum illud credo obscurum  
 est, à quo Verres minimè se accusari velit. Ecquis  
 vnquam tam palam de honore, tam vehementer de  
 salute sua contendit, quam ille atque illius amici, vt  
 ne hac mihi delatio detur? Sunt multa, qua Verres  
 in me esse arbitratur, qua scit in te. Q. Cecili, non  
 23 esse: qua cuiusmodi in vtroque nostrum sunt, pau-  
 lo post commemorabo.\* Nunc tantum id dicam,  
 quod tacitus tu mihi assentiare, nullam rem in me  
 esse,

esse, quam ille cont  
 mescat. Itaque  
 tibi Hortensius  
 indicibus perit, vt  
 se honeste. Et  
 co nter dicit. No  
 les, cum vehementer  
 absoluator non po  
 illo accesserit, ad pe  
 cile est, quod bene  
 cum dederit, sine  
 dederit, vt u absol  
 Et ait illi, vt abs  
 am, certis esse re  
 velit, id esse per  
 tentis, sed tunc  
 cuius, tab ellam  
 mi as nefaria. A  
 rat, quam quid  
 det eum, si a pu  
 à quadruplati  
 semper, ac pro  
 ad vno fontis  
 in iudicij domi  
 ni tam ante d  
 agi voluerit, re  
 mirandam, &  
 & honestiore con  
 vt iur etur homi  
 sum, L. Crassus

## LIBER I.

esse, quam ille contemnat: nullam in te, quam perti-  
 mescat. Itaq, magnus ille defensor, & amicus eius  
 tibi Hortensius suffragatur, me oppugnare, per te ab  
 iudicibus peti, vt tu mihi anteponare, & ait hoc  
 se honestè, sine vlla inuidia, ac sine vlla offensione  
 contendere. Non enim, inquit, illud peto, quod so-  
 leo, cum vehementius contendi impetrare, reus vt  
 absoluator: non peto. sed vt ab hoc potiùs, quàm ab  
 illo accusetur, id peto. Da mihi hoc: concede, quod fa-  
 cile est, quod honestum, quod non inuidiosum: quod  
 cum dederis, sine vllò tuo periculo, sine infamia illud  
 dederis, vt is absoluator, cuius ego causalabor.\*  
 Et ait iacem, vt aliquis metus adiunctus sit ad grati-  
 am, certos esse in consilio, quibus ostendi tabellas  
 velit, id esse per facile, non enim singulos ferre sen-  
 tentias, sed vniuersos constituere, ceratam vni-  
 cuiq, tabellam dari cera legitima, non illa infa-  
 mi ac nefaria. Atq, is non tam propter Verrem labo-  
 rat, quam quòd eum minimè res tota delectat. vi-  
 det enim, si à pueris nobilibus, quos adhuc elusit, si  
 à quadruplatoribus, quos non sine causa contempsit  
 semper, ac pro nihilo putauit, accusandi voluntas  
 ad viros fortes spectatosq, homines translata sit, se  
 in iudicijs dominari non posse. \* Huic ego homi-  
 ni iam ante denuncio, si à me causam hanc vos  
 agi volueritis, rationem illi defendendi totam esse  
 mutandam, & ita tamen mutandam, vt meliore  
 & honestiore conditione sit, quàm qua ipse esse vult:  
 vt imitetur homines eos, quos ipse vidit amplis-  
 simos, L. Crassum & M. Antonium, qui nihil se

arbitrabantur ad iudicia causasque amicorum  
 prater suam & ingenium afferre oportere . nihil  
 erit quod me agente arbitretur iudicium sine mag-  
 26 no multorum periculo posse corrumpi . \* Ego in  
 hoc iudicio mihi Siculorum causam receptam, Po-  
 puli Ro. susceptam esse arbitror : ut mihi non vnus  
 homo improbus opprimendus sit, id quod Siculi pe-  
 tuerunt: sed omnino improbitas, id quod Pop.  
 Ro. iam dudum flagitat, extinguenda atque delenda  
 sit. In quo ego quid eniti, aut quid efficere pos-  
 sim, malo in aliorum speret inquirere, quam in ora-  
 27 tione mea ponere. \* Tu vero, Caeli, quid potes, quo  
 tempore, aut qua in re non modò specimen ceteris  
 aliquod dedisti, sed tute tui periculum fecisti? In-  
 mentem tibi non venit, quid negotij sit causam pu-  
 blicam sustinere vitam alterius totam explicare  
 atque eam non modò in animis iudicum, sed etiam in  
 oculis, conspectuque omnium exponere? sociorum  
 salutem, commoda prouinciarum, vim legum, gra-  
 uitatem iudiciorum defendere? Cognosce ex  
 me, quoniam hoc primum tempus discendi nactus  
 es, quam multa esse oporteat in eo, qui alterum ac-  
 cuset: ex quibus si vnum aliquod in re cognoueris,  
 ego iam tibi ipse istuc quod expetis, mea voluntate  
 concedam . Primum integritatem atque inno-  
 centiam singularem. nihil est enim quod minus fe-  
 rendum sit, quam rationem ab altero vita reposce-  
 28 re eum, qui non possit sua reddere, \* Hic ego de te  
 plura non dicam, vnum illud credo, omnes animadu-  
 uertere, te adhuc ab nullis, nisi à Siculis potuisse

cog-

LI  
 cognosce Siculorum  
 ti, qui tu te sum  
 re ad iudicium  
 ex me non audier  
 cesse est. Illi quide  
 curam & suplicio  
 Verrem deperere  
 dem litterarum P  
 ta sit, oportere  
 tur. \* Deinde accu  
 oportet. Eum ego  
 intelligo esse vnu  
 tamen infirmate  
 lia decesseru, in  
 tamorem stritab  
 tum esse à Verre  
 M. Caelium si at  
 tisonum adolesce  
 neque te cum tuas  
 Verre, cum illo fa  
 uere . Sunt ha  
 signa per multa  
 te si maxime cup  
 esse non posse. \*  
 quorum tibi su  
 ut eam accusand  
 tur Sicilia tota C  
 fumentam sibi in  
 seternici modum  
 fugales, duo peno

## LIBER I,

cognosci: Siculos hoc dicere, cum eidem sint irati, cui tu te inimicum esse dicis, sese tamen te actori ad iudicium non affuturos. Quare negent, ex me non audies: hos patere id suspicari, quod necesse est. Illi quidem, ut est hominum genus nimis acutum & suspiciosum, non te ex Sicilia litteras in Verrem deportare velle arbitrantur, sed cum iisdem litteris illius Pratura & tua Quaestura consignata sit, asportare te velle ex Sicilia litteras suspicantur. \* Deinde accusatorem firmum, verumque esse oportet. Eum ego, si te putem cupere esse, facile intelligo esse non posse. Nec ea dico, quasi dicam, tamen infirmare non possis. te autem quam de Sicilia decesseris, in gratiam redisse cum Verre: Potamonem scribam, & familiarem tuum retentum esse à Verre in provincia, cum tu decederes: M. Cecilium fratrem tuum lectissimum atque ornatissimum adolescentem non modò non adesse, neque tecum tuas iniurias persequi, sed esse cum Verre, cum illo familiarissimè atque amicissimè vivere. Sunt haec, & alia in te falsi accusatoris signa permulta, quibus ego nunc non utor. hoc dico, te si maximè cupias, tamen verum accusatorem esse non posse. \* Video enim permulta esse crimina, quorum tibi societas cum VERRE eiusmodi est, ut ea in accusando attingere non audeas. Quiritur Sicilia tota C. Verrem ab aratoribus cum frumentum sibi in cellam imperavisset, & cum esset tritici modius H. S. V. pro frumento in modios singulos, duodenos sestertios exegisse. Magnum crimen,

IN VERREM

men, ingens pecunia, furtum impudens, iniuria non ferenda. ego hoc vno crimine illum condemnem necesse est. \* Tu, Cacili, quid facies? Vtrum hoc tantum crimen pratermittes? an obijcies? Si obijcies, id ne alteri crimini dabis quod eodem tempore in eadem prouincia tu ipse fecisti? audebis ita accusare alterum, vt quo minus tute contemneris, recusare non possis? Si pratermittes, qualis erit ista tua accusatio, qua domestici periculi metu, certissimi & maximi criminis non modo suspensionem, verum etiam mentionem ipsam pertimescat?

32 Emptum est ex S. C. frumentum ab Siculis Pratore Verre, pro quo frumento pecunia omnis soluta non est. graue est hoc crimen in Verrem, graue me agente, te accusante nullum. eras enim tu Quaestor, pecuniam publicam tu tractabas: ex qua etiam si cuperet Prator, tamē ne qua deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat. Huius quoque igitur criminis te accusante mentio nulla fiet. Silebitur roto iudicio de maximis & notissimis illius furtis & iniurijs. Mihi crede, Cacili, non potest in accusando, socios vere defendere is, qui cum reo criminum societate coniunctus est. \* Mancipes a ciuitatibus pro frumento pecuniam exegerunt. Quid? hoc Verre Pratore factum est solum? non, sed etiam Quaestore Cacilio. Quid igitur? datum es huic crimini, quod & potuisti prohibere ne fieret, & debuisti? an torum id relinques? Ergo id omnino Verres in iudicio suo non audiet, quod cum faciebat, quemadmodum defensurus esset, non reperiebat.

bat. Atque ego haec  
memoro. Sunt  
istius credo animi  
Quaestore suo de  
tu scis ad me esse  
facile omnes iure  
voluntatem fuisse  
dem ad hoc esse di  
um postulas dari  
si id lege permit  
cimus, concedat  
impediuntur, qu  
strare possunt.  
inter meam atq  
quia tu sine Verre  
vius sum, quod te  
se haberet potes  
fecit, obijcies, me  
perire. Quid illa  
tur esse sine quod  
ta, nullo modo pos  
quia dicendi cons  
gibus, aut ratio  
scopulo sic diffi  
atrogantia ob  
gentia multo m  
de meo ingenio  
fisset, dicerem.  
si de me opinione  
rogatus id conu

## LIBER I.

bat. Atque ego hac, qua in medio posita sunt cons-  
 memoro. Sunt alia magis occulta furtiva, quae ille, ut  
 istius credo animos, atque impetus retardaret, cum  
 Quaestore suo benignissime communicavit. \* Hec <sup>34</sup>  
 tu scis ad me esse delata, quae si velim proferre,  
 facile omnes intelligent, vobis inter vos, non modò  
 voluntatem fuisse coniunctam, sed ne praedam qui-  
 dem adhuc esse diuisam. Quapropter si tibi iudici-  
 um postulas dari, quod tecum vna fecerit, concedo;  
 si id lege permittitur: sin autem de accusatione di-  
 cimus, concedas oportet ijs, qui nullo suo peccato  
 impediuntur, quo minus alterius peccata demon-  
 strare possint. \* Ac vide quantum inter futurum sit <sup>35</sup>  
 inter meam atque tuam accusationem. Ego etiam  
 quae tu sine Verre commissisti, Verri crimini datu-  
 rus sum, quòd te non prohibuerit, cum summam ipse  
 se haberet potestatem: tu contra, ne quae ille quidem  
 fecit, obijcies, ne quae ex parte coniunctus cum eo re-  
 periare. Quid illa, Caecilii? contemnendane viden-  
 tur esse? sine quibus causa sustineri, praesertim tan-  
 ti, nullo modo potest? aliqua facultas agendi, ali-  
 qua dicendi consuetudo, aliqua in foro, iudicij, le-  
 gibus, aut ratio, aut exercitatio. Intellego quam <sup>36</sup>  
 scopuloso difficiliq; in loco verser. nam cum omnis  
 arrogantia odiosa est, tum illa ingenij atque elo-  
 quentia multò molestissima. Quamobrem nihil dico  
 de meo ingenio, neq; est quod possim dicere: neque  
 si esset, dicerem. aut enim id mihi satis est, quod  
 est de me opinionis, quicquid est. aut si id parum est,  
 ego maius id commemorando facere non possum.  
 \* De

37 \*Dete, Cecili, iam me herculè hoc extra hanc  
contentionem certamenq; nostrum familiariter  
tecum loquar. Tu ipse quemadmodum existimes  
vide etiam atq; etiam: & tu te collige: & quis sis,  
& quid facere possis, considera. Putasne te posse  
de maximis, acerbissimiq; rebus, cum causam  
sociorum, fortunasmq; provinciarum, ius Pop. Rom. gra-  
uitatem iudicij legumq; susceperis, tot res, tam gra-  
ues, tam varias, voce, memoria, consilio, ingenio,

*admonda*

38 sustinere? Putasne te posse, quæ C. Verres in Qua-  
stura, quæ in legatione, quæ in Prætura, quæ Roma,  
quæ in Italia, quæ in Achaia, Asia, Pamphyliaque pa-  
trârit, ea quemadmodum locis temporibusque  
diuisa sint, sic criminibus & oratione distingue-  
re? Putasne posse, id quod in eiusmodi reo maxi-  
mè necessarium est, facere, ut quæ ille libidinosè,  
quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit, ea equè acerb-  
a & indigna videantur esse ijs, qui audient, at-

*a facis*

39 q; illis visa sunt, qui senserunt? Magna sunt ea, quæ  
dico, mihi crede, noli hæc contemnere dicenda, de-  
monstranda, explicanda sunt omnia, causa non solū  
exponenda, sed etiam grauitèr copioseque agen-  
da est. perficiendum est, si quid agere aut perfice-  
re vis, ut homines te non solūm audiant, verum et-  
iam libenter audiosq; audiant. In quo si te multum  
natura adiuarer, si optimis à pueritia disciplinis  
atque artibus studuisses, & in his elaborasses, si li-  
teras Græcas Athenis, non Lilybei, Latinas Ro-  
ma non in Sicilia didicisses: tamen esset magnum,  
tantam causam tam expectatam, & diligentia

*apud*

## LIBER I.

consequi, & memoria complecti, & oratione expo-  
 nere, & voce, & viribus sustinere. Fortasse dices, 40  
 quid ergo hac in te sunt omnia? vti nam quidem es-  
 sent: veruntamen ut esse possent, magno studio mi-  
 hi à pueritia est elaboratum. Quod si ego hac pro-  
 pter magnitudinem rerum ac difficultatem assequi  
 non potui, qui in omni vita nihil aliud egi: quam  
 longè tu te ab his rebus abesse arbitrare? quas non  
 modò antea nunquam cogitasti, sed ne nunc qui-  
 dem, cum in eas ingrederis, quæ & quantæ sint, sus-  
 picari potes. \* Ego, qui, sicut omnes sciunt, in foro  
 iudicij, q; ira verber, ut eiusdem ætatis aut nemo,  
 aut pauci, plures causas defenderim, & qui omne  
 tempus, quod mihi ab amicorum negotijs datur in  
 his studijs laboribus, que consumam, quo paratior ad  
 usum forenses, promptiorq; esse possim: tamen ita  
 deos mihi velim propitios, ut cum illius temporis ni-  
 hi venit in mentem, quo die citato reo mihi dicen-  
 dum sit, non solum commoveor animo, sed etiam  
 toto corpore perhorresco. \* iam nunc mente & 42  
 cogitatione prospicio, quantum studia hominum,  
 qui contritus futuri sunt, quantum expectationem  
 magnitudo iudicij sit allatura, quantum auditorum  
 multitudinem C. Verus infamia concitatur,  
 quantum demq; audientiam orationi meæ im-  
 probitas illius factura sit. Quæ cum cogito, iam nunc  
 timeo, quidnam pro offensione hominum, qui illi ini-  
 mici insensq; sunt, & expectatione omnium, &  
 magnitudine rerum dignum eloqui possim. \* 43  
 Tu horum nihil metuis, nihil cogitas, nihil labo-  
 ras;

laudat  
 41 se  
 vero.

No de  
 vere



IN VERREM

ras: & si quid ex veteri aliqua oratione, Iovem ego Optimum Maximum, aut, vellem fieri potuisset, Iudices, aut, aliquid eiusmodi ediscere potueris, praclare te paratum in iudicium venturum arbitraris. Ac si tibi nemo responsurus esset, tamen ipsam causam, vt ego arbitror, demonstrare non posses. \*

*laudat 44  
Hortus:*

Nunc ne illud quidem cogitas, tibi cum homine disertissimo, & ad dicendum paratissimo futurum esse certame: qui cum modo disserendum, modo omni oratione pugnandum certandumq; sit? Cuius ego ingenium ita laudo, vt non pertimescam: ita aprobo, vt me ab eo delectari facilius, quam decipi putem posse. Nunquam ille me opprimeret consilio, nunquam vilo artificio peruertet, nunquam ingenio me suo labefactare atque infirmare conabitur. noui omnes hominis petitiones rationesque dicendi: saepe in istisdem, saepe in contrarijs causis versati sumus. Ita contra me ille dicet, quamuis sit ingeniosus, vt nonnullum etiam de suo ingenio iudicium fieri arbitror.

*45  
no  
uo  
93*

45) *Te vero, Cecili, quemadmodum sit elusurus, quam omni ratione iactaturus, videre iam videor: quoties ille tibi potestatem optionemq; facturus sit, vt eligas vtrum velis, factum esse nec ne, verum esse an falsum: vtrum dixeris, id contra te futurum, qui tibi astus, qui error, quae tenebrae diu immortales erunt, homini minimè malo? Quid cum accusationis tuae membra diuidere cœperit, & in digitis suis singulas partes causa constitutere? Quid cum vnumquodq; transigere, expedire, absolueret? Ipse profecto metuere incipies, ne innocenti periculum faceris.*

feris. Quid cum invidia deone perire? conueniunt iudicem confutur gionem potestatem de modo, etiam ad detur periculum rnat, sed gestu apicem ingeniumq; busq; adducat. At nō video futurum ve atbar, quae dice tibi magister iudic composum de edic quog, iudicio notis at ere arbitri nihil fuerit, qd aduersario fore potest: ut venit patati & disertu. Esati, omnid' entem ornatisimam & pmen L. Apuleium hominem non et a tione tyroni? tamen à suis collig quam satis attente eum esse bene robosperua sunt omnia stum iudicium sa

## LIBER I.

feris. \* Quid cum commiserari, conqueri, & ex illius 4  
 inuidia deonerare aliquid, & in re trajicere cœ-  
 peris? commemorare Quastoris cum Pratore necessi-  
 tudinem constitutam? morem maiorum? sortis reli-  
 gionem? poterisne eius orationis subire inuidiã? Vi-  
 de modò, etiam atq; etiam considera: mihi enim vi-  
 detur periculum fore, ne ille non modò verbis te ob-  
 ruat, sed gestu ipso ac motu corporis, perstringat a-  
 ciem ingenij tui, teq; ab institutis tuis cogitationi-  
 busq; abducatur. \* Atq; huiusce rei iudicium iam conti- 47  
 nud video futurum. Si enim mihi hodie responde-  
 re ad hac, quæ dico, potueris, si ab isto libro, quem  
 tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus  
 compositum dedit, verbo vno discesseris, posse te & illi  
 quoq; iudicio non deesse, & causa atq; officio tuo sa-  
 tisfacere arbitror: sine mecum in hac prolusione  
 nihil fueris, quem te in ipsa pugna cum acerrima  
 adversario fore putemus? Esto, ipse nihil est, nihil  
 potest: at venit paratus cum subscriptoribus exerci-  
 tatis & disertus, est tamè hoc aliquid, tametsi nõ est  
 satis, omnib; enim rebus is, qui princeps in agèdo est,  
 ornatisimus & paratissimus esse debet. Veruntame-  
 n L. Apuleium esse video proximum subscriptorè,  
 hominem non etate, sed vsu forensi atque exercita-  
 tione tyronè. \* Deinde, vt opinor, habet Allienũ, hunc 48  
 tamen à subsellij: qui quid in dicendo possit, nun-  
 quam satis attendi: in clamando quidem video  
 eum esse benè robustum, atq; exercitatum. in hoc  
 spes tuae sunt omnes, hic, si tu eris actor cõstitutus,  
 totum iudicium sustinebit. Ac ne is quidem tantum

IN VERREM

cōtēndē in dicendo, quantum potest: sed consulet  
 laudi & existationi tuæ, & ex eo quod ipse potest in  
 dicendo, aliquantū remitteret, ut tu tandem aliquid  
 esse videre. Vt in actoribus Græcis fieri videmus, sæ-  
 pe illum qui est secundarum, aut tertiarum partiū,  
 cum possit aliquāto clarius dicere, quam ipse prima-  
 rum, multum summittere, ut ille princeps quā maxi-  
 me excellat: sic faciet Allienus, tibi seruet, tibi le-  
 nocinabitur, minus aliquāto cōtēdet, quam potest.

49 \*Iam hoc considerate, cuiusmodi accusatores in tā-  
 to iudicio simus habituri, cum & ipse Allienus ex ea  
 facultate, si quam habet, aliquantū detracturus sit,  
 & Cecilius tum deniq; se aliquid futurum putet, si  
 Allienus min⁹ vehemēs fuerit, & sibi primas in dice-  
 do partes concesserit. Quartum quē sit habiturus, non  
 video, nisi quem fortē ex illo grege Oratorum, qui  
 subscriptionem sibi postularunt, cuiuscūq; vos dela-  
 tionem dedissetis. \*ex quibus alienissimis hominibus  
 ita paratus venis, ut tibi hospites aliquis sit recipien-  
 dus. Quibus ego non sum tantum honorem habiturus  
 ut ad ea, quæ dixerint, certo loco, aut sigillatim v-  
 nicuiq; respondeam sic breuiter, quoniam non cōsul-  
 to, sed casu in eorum mentionē incidit: quasi prateri-  
 ens satis faciam vniuersis. Tantane vobis inopia vi-  
 deor esse amicorum, ut mihi non ex his, quos mecum  
 adduxerim, sed de populo subscriptor addatur? vobis  
 autem tantā inopia reorum est, ut mihi causam  
 prærerere conemini potius, quam aliquos à colum-  
 na Menia vestri ordinis reos reperiatis. \* Custo-  
 dem, inquit, Tullio me apponite. Quid? mihi quā-  
 multi

*ad q. in s. l. i. h. i. s. u. s. e. n. a. m. e. n. i. a. v. e. s. t. r. i. o. r. d. i. n. i. s. r. e. o. s. r. e. p. e. r. i. a. t. i. s. . \* C. u. s. t. o. d. e. m. , i. n. q. u. i. t. , T. u. l. l. i. o. m. e. a. p. p. o. n. i. t. e. Q. u. i. d. ? m. i. b. i. q. u. a. n. t. u. m.*

*multis custodibus  
 casus admittit  
 dicit, sed etiam  
 fis. Sed de  
 respondeo, non  
 ut ad causam  
 dicitur, quod  
 sit. Et enim  
 specularum  
 cili, redam,  
 multa sunt in  
 suo capiat esse.  
 hac dicit potest?  
 vniuersis: videtur  
 responsurum,  
 quis sit reus  
 hinc dicitur, ne  
 Quid enim dicitur  
 bi fecisset  
 le, cum omnibus  
 nam exitum, ca  
 cali vitorem suam  
 tuas vniuersis per  
 vi, si agis, ut ca  
 te atq; multa  
 illari solere, qui d  
 vici. In quo vni  
 quo alterum, in e  
 posse queri solere  
 permitti oportere*

## LIBER I.

multis custodibus opus erit, si te semel ad meas  
 captas admifero? qui non solum ne quid enun-  
 ties, sed etiam ne quid auferas, custodiendus  
 sis. Sed de isto custode toto sic vobis brevissimè  
 respondebo, non esse hos tales viros commissuros,  
 ut ad causam tantam à me susceptam, mihi cre-  
 ditam, quisquam subscriptor me invito aspirare pos-  
 sit. Et enim fides mea custodem repudiat, diligentia  
 speculatorem reformidat. \* Verùm ut ad te, Ca-  
 cili, redeam, quam multa te deficiant, vides, quia  
 multa sint in te, quae reus nocens in accusatore  
 suo capiat esse, profectò iam intelligis. Quid ad  
 hac dici potest? non enim quero, quid tu dictu-  
 rus sis: video mihi non te, sed hunc librum esse  
 responsurum, quem monitor tuus hic tener.  
 qui si te rectè monere vult, suadebit tibi, ut  
 hinc discedas, neque mihi verbum vllum respondeas.  
 Quid enim dices? an id quod dicitas, iniuriam ti-  
 bi fecisse Verrem? arbitror, neg, enim esset verissi-  
 le, cum omnibus Siculis faceret iniurias, te illi v-  
 num eximium, cui consuleret, fuisse. \* Sed ceteri Si-  
 culi ultorem suarum iniuriarum inuenerunt: tu dū  
 tuas iniurias per te, id quod nō potes, persequi cona-  
 ris, id agis, ut ceterorum quoque iniuria sint impuni-  
 ta atque multa: hoc te praeferit, non id solum spe-  
 ctari solere, qui debeat, sed etiam illud, qui possit  
 vlcisci. In quo virumque sit, eum superiorem esse: in  
 quo alterum, in eo non quid is velit, sed quid facere  
 possit, queri solere. \* Quod si ei potissimum censes  
 permitti oportere accusandi potestatem, cui ma-

IN VERREM

ximam C. Verres iniuriam fecerit: vtrum tandem  
 censes hos Iudices grauius ferre oportere, te ab il-  
 lo esse laesum, an prouinciam Siciliam esse vexatam  
 ac perditam? Opinor concedis, multò hoc & esse gra-  
 uius, & ab omnibus ferri grauius oportere. Conce-  
 de igitur, vt tibi anteponatur in accusando prouin-  
 cia: nam prouincia accusat, cum is agit causam, quò  
 sibi illa defensorem sui iuris, vltorem iniuriarum,  
 actorem totius cause adoptauit. \* At eam tibi C. Ver-  
 res fecit iniuriam, quæ ceterorum quoq; animos pos-  
 set alieno incommòdo commouere, minimè: nam id  
 quoq; ad rem pertinere arbitror, qualis iniuria di-  
 catur, quia causa inimicitiarum proferatur. Cognos-  
 cite eà me: nam ista eà profectò, nisi planè nihil sa-  
 pit, nunquam proferet. Agonis est quadam Libyba-  
 tana liberta Veneris Erycina, qua mulier ante hunc  
 Quaestore copiosa planè & locuples fuit. Ab hac pra-  
 fectus Antonij quidam symphoniacos seruos abduce-  
 bat per iniuriam, quibus se in classe vti velle dice-  
 bat. Tum illa, vt mos in Sicilia est omnium Venero-  
 rum, & eorum qui à Venerè se liberauerunt, vt pra-  
 56 fectò illi religionem Veneris, nomeng; obijceret, di-  
 xit & se, & omnia sua Veneris esse. \* Vbi hoc Quaestori  
 Caecilio vno optimo, & homini aq;uisimo nunciatum  
 est, vocari ad se Agonidem iubet, iudicium dat sta-  
 tim. Si pateret eam se & sua Veneris esse dixisse, iu-  
 dit an Recuperatores id quod necesse erat. neg; e-  
 nim erat cuiquam dubium, quin illa dixisset. in pos-  
 sessionem bonorum mulieris mittit: ipsam Veneri in  
 seruitutem adiudicat. deinde bona vendit, pecuni-

am

am redigit. Ita  
 mine Agonis  
 omnes libertate  
 basen Verres vni  
 improbat, cogit  
 gonidis bonis red  
 annuere & re  
 vos omnes admi  
 Murus. quid  
 hominum existim  
 leria alant aten  
 bilnem coerecend  
 videtur esse laud  
 ex bonis, tanqu  
 est Verres: redit  
 ex illa perquisi  
 leri reddidit qua  
 sum te à Verre es  
 iniuriam tibi fact  
 gabo. Deinde de  
 nostrum grauior  
 ipsum, sui fulta  
 tiam redisti, si  
 apud te posita e  
 praedicator em  
 se alterutrum  
 bo, quominus v  
 iura quidem, qu  
 nec quid habes  
 non modo mibi

## LIBER I.

am redigit. Ita dum pecunia mancipia Veneris nomine Agonis ac religione retinere vult, fortunas omnes libertatēq; suam istius iniuria perdidit. L. Lybeum Verres venit postea, rem cognoscit, factum improbat, cogn. Quæstorē suum pecuniam, quam ex Agonidis bonis redeget, eam mulieri omnem annumerare & reddere. \* Est adhuc, id quod vos omnes admirari video, non Verres, sed Q. Mutius. quid enim facere potuit elegantius ad hominum existimationē? aequus ad leuandam mulieris calamitatem? vehementius ad Quæstoris libidinem coercendam? Summe hæc omnia mihi videntur esse laudanda. Sed repente è vestigio ex homine, tanquam aliquo Circeæ poculo, factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos. nam ex illa pecunia magnam partem ad se vertit, mulieri reddidit quantulum visum est. \* Hic tu sis. sum te à Verre esses dices, patiar, & concedam: si iniuriam tibi factam quereris, defendam, & negabo. Deinde de iniuria qua tibi facta sit, neminem nostrum grauiorem vindicem esse oportet, quam te ipsum, cui facta dicitur. Si tu cum illo postea in gratiam redisti, si domi illius aliquoties fuisti, si ille apud te postea cœnauit, virum te perfidiosum, ac prædicatorum existimari mauius video esse necesse alterutrum. Sed ego tecum in eo non pugnabo, quo minus virum velis eligas. \* Quid si ne iniuria quidem, qua tibi ab illo facta sit, causa remanet? quid habes, quod possis dicere, quam obrem non modo mihi, sed cuiquam antepōnere? nisi forte

IN VERRERUM

forte illud, quod dictum te esse audio, Quæstorè il-  
 lius fuisse. quæ causa grauis esset, si certares mecum  
 vter nostrum illi amicior esse deberet: in contenti-  
 one suscipiendarum inimicitiarum, ridiculum est  
 putare causam necessitudinis ad inferendum periculū  
 60 iustam videri oportere. \* Etenim si plurimas à tuo Pra-  
 tore iniurias accepisses, tamen eas ferendo maiorem  
 laudem, quam vlciscendo mererere. Cum verò nullū  
 illius in vita rectius factum sit, quam id, quod tu iniu-  
 riam appellas: hi statuent hanc causam, quam ne in  
 alio quidem probarent, in te iustam ad necessitudi-  
 nē violandam videri: qui si summam iniuriam ab illo  
 accepisti, tamen quoniam Quæstor eius fuisi, nō po-  
 tes eum sine vlla vituperatione accusare: si verò  
 nulla tibi facta est iniuria, sine scelere eum accusare  
 non potes. Quare cum incertum sit de iniuria: quem-  
 61 ratione, quam cum seelere discerere? \* At vide quid  
 differat inter meam opinionem ac tuam. tu cū om-  
 nibus inferior sis, hac vna in re te mihi antefere-  
 ri putas oportere, quod Quæstor illius fueris: ego  
 si superior cæteris rebus esses, te hanc vnam ob cau-  
 sam accusatorem repudiari putarem oportere. Sic  
 enim à maioribus nostris accepimus, Praetorem Qua-  
 stori suo parentis loco esse oportere: nullam neg, ius-  
 tiorē, neg, grauiorē causam necessitudinis posse  
 reperiri, quam coniunctionem sortis, quam provin-  
 cia, quam officij, quam publicam muneris societate-  
 62 tem. \* Quamobrem si iure eum possis accusare, tamē  
 cum is tibi parentis numero fuisset, id pie facere  
 non

## LIBER I.

non posses. cum verò neq; iniuriam acceperis, & Praetori tuo periculum crees, fatearis necesse est, te illi iniustum impiumq; bellum inferre conari. Etenim ista Quaestura ad eam rem valet, vt elaborandum tibi in ratione reddenda sit, quamobrem, qui Quaestor eius fueris, accuses: non vt ob eam ipsam causam postulandum sit, vt tibi potissimum accusatio detur. Neq; verò vnquam venit in contentionem de accusando qui Quaestor fuisse, quin repudiaretur. <sup>63</sup> Itaq; neq; L. Philoni in C. Seruiliū nominis defendendi potestas est data, neque M. Aurelio Scauro in L. Flaccum, neq; Cn. Pompeio in T. Albutium: quorum nemo propter indignitatem repudiatus est, sed ne libido violanda necessitudinis autoritate iudicum comprobaretur. Atq; ille Cn. Pōpeius ita cū C. Iulio contendit, vt tu mecum. Quaestor enim Albutij fuerat, vt tu Verris. Iulius hoc secum autoritatis ad accusandum afferebat, quòd vt hoc tempore nos ab Siculis, sic tum ille ab Sardinis rogatus ad causam accesserat. Semper haec causa plurimum valuit, semper haec ratio accusandi fuit honestissima pro socijs, pro salute prouincia, pro exterarū nationum cōmodis inuidicias suscipere, ad periculū accedere, operam, studium, laborem interponere. <sup>64</sup> Etenim si probabilis est eorum causa, qui iniurias suas persequi volunt, quā in re dolori suo, nō Reip. cōmodis seruiunt: quanto illa causa honestior, quae non solū probabilis videri, sed etiā grata esse debet, nulla priuatum accepta iniuria, sociorum atq; amicorū Po. R.



IN VERREM

dolore atque iniurijs commoueri? Nuper cum in P. Gabinum vir fortissimus & innocentissimus L. Piso delationē nominis postulat, & contra Q. Caelius peteret, isq; se veteres inimicitias iādiu susceptas persequi diceret, cum autoritas et dignitas Pisonis valebat plurimum, tum illa erat causa iustissima, quod  
 65 eum sibi Achai patronū adoptarant, \* etenim cū lex ipsa de pecunijs repetundis sociorum atq; amicorum Po. R. causa parata sit, iniquū est, non eum legis iudicij, actorem idoneum maxime putari, quem actorē causa sua socij, defensoremq; fortunarum suarū potissimum esse voluerunt. An quod ad cōmemorandū est honestius, id ad probandū non multò videri debet æquius? Vir a igni ur est splendidior? vir a illustrior cōmemoratio? accusaui eum, quicum Quæstor fueram, quicum me fors consuetudoq; maiorum, quicum me decorum hominū, iudicij coniunxerat. an accusaui rogatu sociorum atque amicorum? delectus sum ab vniuersa prouincia, qui eius iura fortunasq; defenderem. Dubitare quisquam potest, quin hoc honestius sit eorum causa apud quos Quæstor fueris, quam  
 66 eum cuius Quæstor fueris, accusare? Clarissimi viri nostræ ciuitatis temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimumq; ducebant, ab hospitibus clientibusq; suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitiam Rop. R. ditionemq; essent, iniurias propulsare: eorumq; fortunas defendere. M. Catonem illum sapientem, clarissimum virum et prudentissimum cum multis graues inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum apud quos Consul fuerat, iniurias.\*  
 Nuper

Nuper Ca. Domitius  
 decessit propter  
 micti atq; hospitibus  
 hominum necesse  
 quam has maiorem  
 petita atq; relata  
 hominum non in  
 debant eorum for  
 defendere. \* Hoc  
 in illi atq; ad ob  
 male sit ferunt, aut  
 suetudo sepe per ac  
 nelli sumis viri atq;  
 lescentulos, aut  
 indiciaq; admitt  
 atq; iniquitate per  
 bat, tum cum i  
 fuit, accusabat M  
 Rufus aut cum P  
 gloria, sed ut ge  
 sul & Consul fue  
 iure tum staret  
 buus onperij q  
 tur, nemo nra  
 homine parum  
 lāt se e mot ar  
 vult? accusator  
 fenderet consue  
 cum decessit at  
 do me, sed in illi

## LIBER I.

Nuper Cn. Domitium scimus Decimo Syllano diem  
dixisse propter vnius hominis Egritomaripateri a-  
mici atq; hostris iniurias. Neq; enim magis animos  
hominum nocentium res vnquam vlla commouit,  
quam hac maiorum consuetudo longo interuallo re-  
perita atq; relata. sociorum querimonia delata ad  
hominem non inertiſſimum suscepta ab eo, qui vi-  
debatur eorum fortunae fide diligentiaq; sua posse  
defendere. \* Hoc timent homines, hoc laborant, hoc  
institui atq; aded institutum referri ac renouari  
molestè ferunt. putant fore, uti, si paulatim hæc con-  
suetudo serpere ac prædite cæperit, per homines ho-  
nestissimos virosq; fortissimos, non imperitos adu-  
lescuntulos, aut illiusmodi quadruplatores leges  
indiciaq; administrantur. \* Cuius consuetudinis  
atq; instituti patres maioresq; nostros non pœnite-  
bat, tum cum P. Lentulus <sup>qui princeps Senatus</sup> fuit, accusabat M. Aquilium, <sup>subscriptore C. Rutilio</sup>  
Ruso: aut cum P. Africanus homo virtute, fortuna,  
gloria, rebus gestis amplissimus, posteaquam bis Con-  
sul & Censor fuerat, L. Cottam in iudicium vocabat.  
Iure tum florebat populi Rom. nomen, iure autoritas  
huius imperij, ciuitatisque maiestas grauis habeba-  
tur. nemo mirabatur in Africano illo quod in me nunc  
homine paruis opibus ac facultatibus prædito, simu-  
lât sese mirari, cum molestè ferât. \* Quid sibi iste  
vult? accusator emne se existimari, qui antea de-  
fendere consueverat? nunc præsertim, eaiam etate,  
cum Aedilitatem petat? Ego verò & etatis non mo-  
do mea, sed multo etiam superioris, & honoris an-  
plissimi

IN VERREM

*Epilo:*

plissimi puto esse, & accusare improbos & miseros calamitososq; defendere. Et profectò aut hoc remedium est agrate ac propè desperata reip. iudicijsq; corruptis ac contaminatis paucorum vitio ac turpitudine homines ad legum defensionem iudiciorumq; auctoritatem quam honestissimos et integerrimos diligentissimosq; accedere: aut, si ne hoc quidem prodesse poterit, profectò nulla vnquam medicina his tot incommodu reperietur.

71<sup>a</sup> Nulla salus Reip. maior est, quam eos, qui alterum accusant, non minus de laude, de honore, de fama sua, quam illos qui accusantur, de capite ac fortunis suis pertimescere. Itaq; semper ij diligentissime laboriosissimeq; accusarunt, qui se ipsos in discrimen existimationis venire arbitrati sunt. Quamobrem hoc statuere, iudices, debetis, Q. Cecilium, de quo nulla vnquam opinio fuerit, nullaq; in hoc ipso iudicio expectatio futura sit, qui neq; ut antè collectam famam conseruet, neq; vti reliqui temporis spem confirmet, laborat, non nimis hanc causam seuerè, non nimis accuratè, non nimis diligèter acturum. habet enim nihil, quod in offensione deperdat, ut turpissimè flagitiosissimeq; discedat: nihil de suis veteribus ornamentis requirit.

72<sup>a</sup> Anobis multos obsides habet P. Ro. quos ut incolumes conseruare, tueri, confirmare, ac recuperare possimus, omni ratione erit dimicandum. habet honorem, quem petimus: habet spem, quam propositam nobis habemus: habet existimationè multo sudore, labore, vigilijsq; collectà, ut si in hac causa

sanctum esse  
hac qua dicitur  
saluipossim  
vt ea, quoniam  
tempore vni  
cei, vestrum est  
nie posse ma  
re fuit, diligen  
Q. Cecilium ante  
ratum non ar  
tam honestam, se  
onem, neq; volu  
re arbitretur p

ACCY

IN C



humano conf  
nlatum yob

## LIBER I.

sa nostrum officium ac diligentiam probauerimus, haec qua dixi, retinere per Pop. Ro. incolumia ac salua posimus: si tātulum offensum titubatamq; fit, vt ea, quae singularim ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus. \* Quapropter, Iudices, vestrum est deligere quem existimetis facillimè posse magnitudinem causa ac iudiciij sustinere fide, diligentia, consilio, autoritate. Vos si mihi Q. Cecilium anteposueritis, ego me dignitate superatum non arbitrabor: Popul. Roman. ne tam honestam, seueram, diligentemq; accusationem, neq; vobis placuisse, neq; ordini vestro placeve arbitretur, prouidet.

## ACCVSATIONIS

IN C. VERREM LI.

BER II.

SEV ACTIO I.

ORATIO V.



QVOD erat optandum maximè, Iudices, & quod vnum ad inuidiam vestri ordinis infamiamq; iudiciorum sedandum maximè pertinebat, id non humano consilio, sed propè diuinitus datum atque oblatum vobis summo reip. tempore videtur.

INUE-